2
(9)
14

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 2

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500904

FRATRI . SVO

PERQVAM . DILECTISSIMO

IOACHIMO . AVGVSTO . A . COSTA . SIMÕES

IN

IVRIS . CIVILIS . FACVLTATE

BACCALAVREO

IN

PVBLICVM

DEVOTI . GRATI . QVE . ANIMI

DOCVMENTVM

D.

ANTONIVS . AVGVSTVS . A . COSTA . SIMÕES

b 24534171

THESES

EX

UNIVERSA MEDICINA

DECERPTAE,

QUAS

PRAESIDE

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO

D. D. Joanne Lopes de Moraes,

THERAPEUTICAE MEDICAE

PROFESSORE P. O.,

APHORISMORUM INTERPRETE,

CAET., CAET., CAET.,

IN

GYMNASIO ACADEMIAE CONIMBRICENSIS

Integra hujus mensis *die*

PROPUGNANDAS OFFERT

Antonius Augustus a Costa Simões.

Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Cic.

Inaugurali Dissertationi

EX

SAPIENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

MEDICORUM SENATUS

Decreto

ARGUMENTUM PRAEBET:

Quae in animantibus organa veram auditionem exercent?
Ad quid aurium ossicula eorumque praecocius incrementum?

Ex Anatome Humana et Comparata.

I.

NErvorum centra non ideo sunt centra nervosi systematis evolutionis :

II.

Et nec alias in systemate sanguineo.

III.

Inter capillaria sanguinea et absorbentia vasa nulla directa communicatio.

IV.

Ossium structura propria canalicularis.

V.

Prima cellularis telae fabrica fibrosa.

VI.

Itidem in serosis membranis.

VII.

Organorum symmetria minus in adolescente, quam in foetu, apparet.

VIII.

Circa fibrarum cordis dispositionem Theileana doctrina admittenda.

IX.

Animantium organa digestiva alimentationis generi semper conveniunt.

Ex Physiologia, Hygieina, Arte Obstetricia, et Operationibus Chirurgicis.

I.

Specialis nervorum vis non admittenda.

II.

Nutritio vera adsimilatio.

III.

In digestione vera ciborum metamorphosis.

IV.

Non modo absorbentia vasa, sed etiam venae absorbent.

V.

Fluiditas sanguinis ejus vitae conditio.

VI.

Cordis sonorum causa ab ictu inter illum ac thoracem non modo pendet.

VII.

Indusium laneum valetudinariis et rheumaticis admodum convenit.

VIII.

In partu alias impossibili, cum symphyseotomia sufficit, spernenda caesareana operatio.

IX.

In operanda cataracta, depressionis, et aliquando extractionis adplicanda methodus.

Ex Materia Medica et Pharmacia, Pathologia generali, et Chirurgica.

I.

DE medicamentorum actione Herrianam doctrinam propugnamus.

II.

Classis pharmacologica, cui opium referendum, non satis definita.

III.

Anthelminthica virtus non una, sed varia.

IV.

Polypharmacia, sic dicta, in genere rejicienda.

V.

In medicamentis negotiari pharmaceuticis tantum concedendum.

VI.

Verae inflammationis phaenomena vitae accretione explicantur.

VII.

Paluſtre miasma febrium intermittentium ut plurimum causa.

VIII.

Ad operationes chirurgicas valde prodest chloroformium :

IX.

Et in medicina interna forsan prodesse poterit.

Ex Pathologia et Therapeutica Medica, Medicina Forensi, Publica Hygieina, et Hippocratica doctrina.

I.

In instituenda morborum curatione eorum semper pathogenia ante oculos esse debet.

II.

Morbos non curare infirmos aliquando sanat.

III.

In curanda febre sanguinis mutatio spectanda.

IV.

Piorryanam circa febres intermittentes doctrinam impugnamus.

V.

In phthisi pulmonaris irritatio astheniae generali ut plurimum conjuncta.

VI.

Phthisis haereditaria, sed non contagiosa.

VII.

Tubercula in pulmone, mesenterio et ubique eadem.

VIII.

Vis medicamentorum chemica in curandis calculis urinariis attentione digna.

IX.

Diarrhoea nec semper colitis.

X.

Morborum classis, nomine *rheumatoses*, ab Hufelandio admissa, in praxi valde utilis;

XI.

Et sic *gastrozes*.

XII.

Angina membranosa haud mera inflammatio.

XIII.

Splenitis a splenica obstructione in praxi distinguenda.

XIV.

Spuma sanguinolenta in trachea et bronchiis ad comprobandam per submersionem mortem valde juvat.

XV.

Mors apparens nec semper a morte vera distingui potest.

XVI.

In domibus nuper constructis habitare saluti non confert.

XVII.

Incile, nomine magnum, et sepulcreti positio in vico agri Conimbricensis, nomine *Pereira*, ejus insalubritatis maxima causa.

XVIII.

Sect. 3.ª Aphor. 13. Si vero aestas sicca, etc.
—— — —— 23. Hyeme vero pleuritides, etc.
—— 4.ª —— 21. Dejectiones nigrae, etc.
—— 5.ª —— 14. A tabe detento alvi profluvium superveniens, lethale.

CONIMBRICAE. Typis Academicis. — MDCCCXLVIII.

2 020000 048572 0200